

945

Sammelwerk
K

- 1. / Simy
- 2. / fu
- 3. / N
- 4. / d
- 5. / f
- 6. 80
- 7. Nisch
- 8. / Frak
- 9. / Sac.
- 10. / Sac
- 11. / Frak
- 12. / H
- 13. / H
- 14. / G
- 15. / G
- 16. / G
- 17. G
- 18. / G
- 19. ✓
- 20. ✓

FLORVM
S P A R S I O
IN
NATV PRIMVM INGENII FOETVM
DOMINI MAGISTRI
HENR. AVGVST. TOEPFFERI
d. XV. April. a. r. f. ~~et~~ ID CC XLVI.
editum.

S E R V E S T A E,
Litteris CHRISTIANI BÖHMII, Illustr. Gymn. Academ.
Anhalt, Typographi, 1746.



Verisimum est illud Hebræorum *Adagium*; **אָנָּקְתָּה סִפְרִים מִרְכָּה חַכְמָה** *Æmulario Virorum Iteris deditorum auget sapientiam*: Nihil enim magis facit ad incrementum scientiarum, quam si præsupposita pietate, cuius filia generosa est *charitas*, simul ejusdem *Charater genuinus*, Viri de Literis merituri, certent de gloria inventæ veritatis, ut *Hillel & Schammai*, *Pfaffius & Muffæus*, *Ludovicus Capellus & Job Cloppenburgius*, in quibus Eruditio & modestia, de palma certant: Sed ubi animus atra bile infectus, magis de victoria, quam veritate certat, nulla ex scriptis sequitur utilitas, & qui vincere cupit vinci solet, teste in Belgio *Voetianismo* contra *Coccejanismum*. Nec merentur talia scripta refutationem, quorum finis est læsio famæ & contumelia proximi, quale est scriptum quod d **XV** Apr. hoc An: sub hoc Titulo prodit in *Typographia Gymn. Anh.* *Quid de Doctorum Auditorumne quarelis*, quibus illi, turpis ignavia, negligentieque, hos aduersant: *Hic vero impactum sibi crimen, omnibus amoliri viribus conantur, statuendum sit, disquirit HENR. AVGST. TOEPFFER S. S. Theol. & Metaphys Prof. Publ. nec non ad S. Trinit. Pastor.* Cur Magisterii Titulum de quo ipsius Antecessor valde gloriabatur omiserit, homo, plerorumque sententia fastu inflatus, Prælaturæ cupidus, equidem ignoramus.

Quod refutatione indignum nobis videretur, nisi personæ publicæ & rite vocatæ, calumnia per indirectum redundantem quasi invocantes, calamo atrato censuræ, Adolescentulorum, ad quos scribit exponerentur. Faciamus ergo, omnes ut intelligent sola Bile motum provocantem scripsisse: Duabus vicibus tres magni Aaronis nepotes carceris poena digni nobis omnibus sunt visi, uno Tappero excepto, qui manibus pedibusque renitebatur, ne puni- rentur, quod tamen factum est, nulla habita Collegii nostri attentione injuste susceptæ defensionis suorum quorum est proprium, fucum facere, licet res sit luce meredianâ clarior, culpam a se amo- vere omnem, licet exculpare se nequeant. Exempla sunt in prom- tu & nemo ea ignorat.

) (2

Cristas

*Sitzt. Trepfferg
Superintendent
ita ab Hückle
ribus vorabatur*

Cristos jam erigebat *Tæppferus* in orat, sua inaug. acriter nos omnes perstringens, quam crisi acerbam ipse s̄epe & per suos in nos exercuit, quorum imbecilli judicio minus quam par est, fidit & superstruit. Morbo laborat eodem ac *Iherici*, omnia objecta flava, vel qui per vitrum viride vident, viridia existumantes. Discentes de maxime necessariarum prælectionum defectu conqueri jure quodam suo nequeunt, quippe quæ in typo lectionum offeruntur; sed quis queso civium nostrorum est, qui eas frustra desideravit? Ergo somnium vanum est: de doctorum ineptitudine judicium ferre non licet iis, qui vix ac ne vix quidem ephebis excederunt; & si hoc faciant, iis nemo habebit fidem nisi *Tæppferus*, cui soli tanquam Pontifici thus spargendum ab honoris & gloriæ *Tæppferiae* mancipiis, ut insolito ejus fastui fiat satis: nulla unquam, quantum scimus, audita fuit de alicujus commoditate, uti loqui amat *Tæppferus*, querela; id autem certissimum, operam nostram, privatam neminem discentium desideravisse, qui ab unius *Tæppferi* ore mellifluo soli pendere & volunt & debent. Pone doctorem, inquit scilicet H. A. TOEPFFERVM linguarum, artium scientiarum Magistrum & reliqua.

Ecquis vero tibi Domine Magister dedit potestatem, ac si esses summus judex & in suggestu stares, in matheseos doctorem ut adeo acerce & contumeliose inveharis, quæ est temeraria tua licentia? qui nullo unquam tempore in ulla re adversarius tuus fuit, quam quod in sententiam omnium pedibus iverit qui cognatos Tuos jure meritoque puniendos existimarunt. An hoc tantum est crimen? o si memor fuisses dicti: ne sutor ultra crepidam! quis sanæ mentis ferat ejusmodi insulsum & iniquum judicium de mathematico per XXXVI. annos variis in locis & ipsa Academia Fridericiana, in tanta omnis generis doctorum frequentia, scientiam hanc illustrissimos Comites Stolbergicos, aliosque nobiles Dominos docente & tractante. Quis mirus furor animum tuum occupavit? studiosam inter juventutem nostram certe non sunt ingenia præcoccia, quæ prima statim vice sensum demonstrationum Geometricarum adsequi valeant, hinc secundum methodum excellent

Can-

Cancellarii L. B. de Wolf primo mechanica instituenda est demonstratio , cui successu temporis adjungenda est Geometrica, ut gradatim huic adsuscant. Ars non habet osorem , nisi ignorantem & nemo sapiens ex relatione imperitorum judicat. De eloquentia doctore minime eloquens plebis doctor , orationem suam balbutiens , qui , nescimus quare ab omni cultu ac humanitate absuit, si judicat quovis gradu turpisim contra ipsas conjugationes impingit, uti nuper fecit *Tæppferus* in conventu publico (quid insolentius impudentiusve cogitari potest) ac pervertens consuetam gerundiorum significationem. Si tacuisse, Grammaticus mansisse, nunc vero non, quod vitium hoc majus est; Sed nonnunquam bonus dormitat Homerus, quidni *Tæppferus*? Metaphysicus videris esse, qualis Theologus A. C. priui ordinis inquit, subtilior quam fas & æquum est in controversia cum b. Dn. *Denzero*? Si dispiceat auditoribus sapientiae *Tæppferiana* spiritu inflatis , qui doctori & sibi solis sapere videntur, alii vero non, sicut nuperus tuus orator juvenis impolity. Quid mirum? Cur vero propinqui tui non ante quam intrare debuerunt carcerem , subterfugerunt inutilem operam nostram, sed per 3. menses comparuerunt, an sapientiores fuimus, quam signus nunc? an non ex odio & ob poenam factum? an non alias extimularunt, ut idem facerent? operam nostram plane inutilem esse, quis prudens hoc crediderit, nisi *Tæppferus*, quovis parente per verso filii amore occato cæcior, indulgentissimo indulgentior

Qui sensus habent exercitatos probare possunt omnia, nemo nostrum cæcum ad sensum desiderat; sed tu, quia tui Pythagoreorum ipse dixit in ore habent Ut quidam equorum pullis multo meliores essent, & non ostenderent se baculum scholasticum effugisse, optaremus.

Quæ de literis ad Rectoris non suum forum pertinentibus Chald: Rabb: ex tripode pronunciat non curamus, quia videmus ex rudi & indigesta ratiociniorum in his mole, eum non legisse quæ de facilitate Rabbinorum, præ stylo Biblico, contra Capellum edidit *Buxtorfius*, vel quem odio personæ carpere vult ipse G. A. R Resp. Ill: nunc in rep. lit. Viro, D. Conf. Eccl. & Conc. Aul. Berol. Cl. Sack publ. defendit, cum orbilius ipsius adhuc subsellia di-

scentium premeret. Grammatistarum ea est persuasio a Bibliis
initium fieri debere. Sed o Domine Magister. Scientia Dial.
Chald: Syr. Rabb. præcipue, dantur viæ aliae. Ut Error
ferula dignus est, quando putat Rabbinos non ingredi hi-
storiam, lege Lector librum *Juchasin & Tzemach David*, *Scheveth*
Jehuda & duplex *Seder Olam*, præ:ut illud illustravit doctiss. Joh.
Meyerus P. Harderov. cum quo viro Summo an commerc. Lit. ex-
ercuerit & quid de ipso judicaverit, vel ex sola Ep. Cl. F. W. Pagenste-
cheri constat. J. A. Danzium sium habuit non solum amicum sed &
emitem multorum exemplariorum *Clavis Talm.* Et sic est mercator,
bono non quem ipsi affingit malo sensu accipiens, quæ duo
Grammatista distinguere deberet: *Angliam* interponit, de qua ne ver-
bulum quidem dixit, nec ipsius est scrinia ipsius perlustrare, examinare
eum, non Judex enim ventosus, est secundus primi Prof. Theol! o Vi-
rum Magnum, sed vix extra viciniam notum! cum quibus Viris doctis
vel ibi vel in Belgio per Literas egerit, quid curat? promotio in Soc.
Angl. de Prop. Fv., commercium pro fundamento habet. *Suren-*
bustii, *Relandi*, *Perizonii*, cognitorum. *Van Alphen & v. Leuwen*,
Vitrina Way. Burmannorum, Roellii Ep. videri possunt, si re Lectoris
effet: Certe namque Thomas non tam incredulus fuit quam noster,
ablegandus ad *Wolfi Bibl. Rabb. Joh. Fabricii*, H. Bibl. S & Joh.
Clerici Bibliothecque Anc. & moderne, *Lefant. Bibl. Germanique*
Staudacheri præf. Gr. suæ, chartarum & temporis angustia ipsi sit com-
mendata, nec ab eo in his literis informari cupit, qua methodo, hæ quas
ignorat literæ sint tractandæ, qui alios ad *Gemaram* usque ita perdu-
xit ut & libros ederent. *Magistris* pluribus id in usu esse dicitur,
docere ea, quorum superficiem lambere datum est, de pane lu-
crando, sed cum opulentam possideat spartam, miratur ipsi a
Summo Magistratu permitti in aliorum involare Professiones, & ri-
demus *Coll. Rabb.* habere velle eum qui nullo unquam Magistro
Judaico usus est, sic hodie latinos se vocant qui *donatum*, *Rabbinos*
qui decem lineas ex R. *Sal Jeachi* (ut eum falso vocat *Isaacidem*)
dicendum scriptore facilissimo explicare possunt, se sc. transfundere
volunt in alios, quod ipsi non intelligunt, semper superficiem
lambentes.

Gram-

Grammatistus esse hoc tempore Studiosos verum est, adeoque nulla Calumnia, nam quod de ineptitudine produxit. A. progr. d. X. Apr. h. anni affixi per Oeconomum Gymn. & Stud. Tæpfe-
rum, Jenens. probare potest. Cujus verba erant ad me in mensa Com-
muni, nemo, potest opponere, nedum præter me, respondere.

Hodierne negligentia caussas ipsum indicare nec velle, nec ipsi licitum esse addit; Sed pro authoritate revelari cupit, cum ipsi non incognitæ sint, Monopolium Collegiorum, quod hodie plures exercent aliæque fraudes. Multi dantur coeci cæcorum duces. Plura quis diceret pacis amans, ut Adolescentium immaturorum Advocatus facit; quid doceat sana ratio, non opus est ut ei enarret, qui Juvenis Summum Rationis amatorem audivit & post Volderum, ipse de rationis infallibilitate scripsit. Præstat silere quam periculo se expone-
re, eorum, qui nescio qua arte exercitum contra hostes suos con-
ducere & Brachium seculare sæpe provocare solent, in causa quæ arbitro pennæ & ingenii acumini relinquenda esset. Studi-
um Hisp. Univ. centum loca difficilia autorum illustrare, quod igno-
ret dolemus, nec ad eum informandum charta sufficit, alias ex Palmerio, Barthio, Dilberro, Fessilio, Perizonio, Gronovio &c. probaremus. Perversio similitudinis Mercatoris plane Satanica est, quis enim superbiæ unquam in eo quem lancinat culpavit, Mo-
destiam laudarunt Viri doctis. Mercator est sensu bono & non malo quo Invidiam ipsi conflatus ut Sophistæ solent, vocabulum Merca-
tor eo de Rect. Gymn. sensu sumit, quo illi Agyrtæ solent, qui se-
cundum illud enumerat vulnera miles pastor oves, numerum Scho-
larium suorum, omnibus Tabellis inscribere & de dilatando ob-
Grammaticos Auditorio loquuntur: Phalere ad populum! Cæte-
rum vellemus Adversarium nostrum non ita gloriari de numero
auditorum, nam novimus qua arte colligantur. Numerus sunt
fruges consumere nati. Nomina magni quid sonant in auribus
plebis, sed non sapientum, qui sciunt quam omnibus sit curta
sappellex, licet Aristarchus noster multa de ipsis prædicet.

Non est quod glorieris tanto opere de testimonio SCHMIDII,
quem farcastice laudas. Sed habeto Domine Magister! huic per-
inde

inde esse , sive laudes , sive vituperes eum; nam neque per te , (in vulgus enim notum proverbium est, es soll was seyn und ist nichs) neque per alios Viros semi eruditæ plebis obscuros stat ferre de eo judicium. Invidia ac odio ductus, charitatis quoque expers es Theologus & id solum sufficit , ad turbatorem pacis , quæ tamdiu in collegio nostro viguit & publ. præconio digna visa aliquoties fuit , delineandum. Ad testimonium vero ipsum quod attinet, auditorum Tuorum rusticatem morum in disputationibus suis domesticis vice plus simplici est expertus ; & ubi eos correxit (mores autem formavit Principum) & modestiam suasit, sicut pulilli ingratii calcitrarunt aduersus firmulum & uno ore clamarunt, Dominum Prof. Tapfferum tolerare si ipsius pro absurdo, inepto, stulto haberent. Siccine nimia familiaritas, satis superque nota, quæ tibi cum propinquis tuis intercedit parit contemptum & Tibi & nobis omnibus ; nam ex quo tempore Professorum numero es habitus , nobis reverentia fere nulla fuit præstata, corrumptum enim bonos mores confortia prava. Cæterum quam diu iis licuit pingui Tapfferi vitulo arare, tamdiu procescit, disp. schedula vero finita, fabula erat acta. Auditores denique tui (quorum numerus non tam magnus ut non parem , quid quod superiorem habuissimus) quod cogantur clam , vi , precario , gratis , velut novellæ mulieres faciunt , si regimen maritis admunt , scimus omnes; quin imo nominetenus evocati fuerunt , ut auditorium tuum sit frequens. Fortasse regimen peculiare tu quoque affectas, cum monopolio sapientiæ, ad destruendum Gymnasium, in cuius viscera jam in ipsa oratione tua inaugurali sœviisti & adhuc dum sœvis, proh dolor, proh pudor ! quo sit ut omnium animi a nobis alieniores fiant, contra intentionem SERENISSIMORVM NVTRITORVM. Vide in quantam pœnam incurris, primas & palmas & cauſe cognitionem primam querens.

In lima tua qualicunque probe in posterum notes significatum Gerundiorum in dum genuinum velimus, ne in errore, in quo hucusque versatus es, perseveres. Servestæ, d. XXIII.

April. CIO IO CC XLVI.



Repro. 142

AB 155048





Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330